scrip serat. quod tamen putando peccati quod expeciat ibi ap-
te dicit. quod de quocumque pessimo in hac uita consti-
tuto non est desperandum. quin potius pro ipso orandum.
quem non impudenter oratur de quo non desperatur. Quid
enim est dicere genus peccati de quo homo per perpetra-
tionem nullo possit modo ueniam consequi? Quid
inquam est aliud hoc dicere quam eiusmodi hominem
docere ut desperet et cum [Cain] dicat: maior est
iniquitas mea quam ut ueniam merear. Quis
audeat ut dicat modum [h]uiuscemodi malicie mo-
dum excedere misericordie diuine? Dicit psalmista
de domino quia copiosa apud eum redemptio.
Sed quomodo quaeso copiosa erit si est peccati genus quod
numquam in aliquo dissoluitur? Ecce finis mee utique
expecta quosdam inuenit de quo nullus ad dominum
conuertitur contra illam sententiam que dicit: Remi-
niscentur et conuertentur ad dominum omnes fines terre.
Nonne satius esset humiliter fateri [...]ca illa u-
erba se parum intelligere quam sua positione aliquos
ad desperationem trahere. Non [...] est in magni
illius magistri Hugonis loquar [...] theolo-
gi sententiam pergere quam aliquibus peccatum misericordie
prebere et in desperationis profundum deicere. Supra
eam breuiter perstrinximus. nunc uberius tenorem
in explanandarum consideratione iam[...]. Secundum
euangelistam matheum audio dicentem dominum.
Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus.
spiritus blasphemie non remittetur. Et quicumque dixerit
uerbum contra filium hominis remittetur ei. qui autem
dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc
seculo neque in futuro. Prius generalem sententiam
ponit. postea excipienda excipit. [...] remis-
sibilia. excipit irremissibilia. Spiritus [autem] blas-
phemie non remittatur. eo quod hoc [...] in se
habeat excusationis. nichil mereatur [...] ex-
cusatorie remissionis. [...] dixit
hoc idem adiungit de quo [...] uerbum
plato. Quicumque inquit [...] uerbum contra spiritum
sanctum non remittetur ei neque [in h]oc seculo neque in futuro.
Quid hic dicturi sunt qui [...] uel semel in
spiritum sanctum blasphemantes [...]

non addidit? Numquid dicturi sunt quod omnes qui
qualecumque uerbum contra spiritum sanctum dixerint in eternum
peribunt? Quod si abhorrent hoc dicere exponant
nobis quod dicitur contra uerbum de spiritu sancto prolato.
quia non remittetur in hoc seculo uel in futuro.
Iam si dicturi sunt hoc malum omne expiabile.
uerumptamen aliquod tamen irremissibile uideant ne idem
dici possit de spiritus blasphemie. Aliud est enim
peccatum esse inexpiabile. atque aliud uerumptamen hoc quod
accipitur esse irremissibile. Peccatum dyaboli inex-
piabile est. quod nullo remedio expurgari potest. Il-
lud autem hominis peccatum non incongrue irremissibile
dici poterit. cui nulla pene relaxatio fit que in
peccatis actualibus similibus fieri contingit. Ecce
unam eandemque blasphemiam unus facit ex coactione
alius ex aliqua deceptione. tertius ex sola ma-
lignitate. Ecce in tribus culpa quantum ad actio-
nem per omnia similis. in duobus tamen accipit ali-
quid remissionis. quoniam habet aliquid excusationis.
In tertio nullam accipit eiusmodi remissionem. quoniam
nullam habet excusationem. Primus ex his pec-
cat in patrem. secundus in filium. tertius ille cui non re-
mittitur peccat in spiritum sanctum. hoc est quod dominus dicit
secundum euangelistam marcum. Qui blasphemauerit
inquit in spiritum sanctum non habet remissionem in eternum.
Quod dicitur remissio dari uel non dari secundum mu-
tuum respectum accipientium uel non accipien-
tium per eundem opere debet intelligi. Nam de dis-
trictissima per eadem blasphemia aliquid remit-
titur blasphemantibus in patrem et filium. nichil
uero blasphemantibus in spiritum sanctum. Bene ergo dicitur
de eo qui blasphemauit in spiritum sanctum quod non habet
remissionem in eternum. Quoniam si penitet nichil ei
de plenitudine districtissime expiationis.
si non penitet nichil ei remittitur de plenitudi-
ne districtissime dampnationis. Quam merito
hoc fiat consequenter adiungit cum dicat. Sed est
reus eterni delicti. Quod dicit idem ualet ac si
apertius diceret. Idcirco remissionem non habet. sed nec
habere debet. quia non est reus eiusmodi delicti
cui debeat aliquid remitti. sed est reus delicti omnino

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/65, fol. [2]r – Richardus de Sancto Victore, <i>Opera</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-l8gx/6684/56377)